

## VIII.

### De Paeanio Eutropii interprete.

Fridericus Sylburgius cum Romanae historiae scriptores graecos minores anno Cl<sup>o</sup>DXC typis Wecheliani excudendos curaret, primum in tomo tertio locum Eutropii breviario concessit eiusque interpretationi graecae a Paeanio confectae. Et Eutropium quidem emendavit ope codicis Fuldensis pervetusti, qui nunc inter codices mss. bibliothecae ducalis Gothanae Cl. numeratur <sup>1)</sup>; Paeanium vero usus libro ms., quem intercedente Ioanne Obsopoeo e locupletissimis Francisci Pitboei scriniis impetraverat, primus publici iuris fecit.

De aetate Paeanii Sylburgius coniecturam fecit rationem habens additamenti cuiusdam, quod Eutropii verbis de suo adiecit Paeanius. De Narseo enim, rege Persarum, dicit: *πάππος δὲ ἦν οὗτος Σάπωρι τε καὶ Ὀρμίδου<sup>2)</sup> τοῖς εἰς τὴν ἡμετέραν ἡλικίαν ἀφικομένοις* (IX, 15, 6 ed. Kaltwasser.), unde Sylburgius conclusit, Paeanium non multo fuisse recentiorem Eutropio. Hic vero, qui Valenti opusculum suum dedicavit, circiter anno p. Chr. n. 369 scripsit tempore belli Gotbici primi a Valente gesti, quod ultimis

1) Hunc codicem cum XI aliis codd. membranaceis anni 1796 mense Januario emptum esse a Maugerardio abbate, qui illis temporibus complurium monasteriorum libros mss. quoquo modo sibi acquisiverat, benignissime me edocuit Dr. Aug. Beck.: cf. C. H. Tzschuckii dissertat. de vita et scr. Eutropii p. LX, LXI. Th. Mommsen in Herme I, 468.

2) C. Tzschucke, qui l. l. p. XVI. LI. de Paeanii aetate agit, Hormisdam eum significari putat, qui regnavit ab a. 300—308; ex quo efficere vult, Paeanium ad ultimam senectutem provecum esse. Sed hic Narsei non nepos erat, sed filius. Sermo est de Hormisda quodam, qui regnum quidem nunquam obtinuit, sed ab Ammiano (XXVI, 8, 12), ubi de rebus a. 365 gestis agit, maturus iuvenis appellatur.

operis verbis significare videtur; Paeanius autem circa annum 379, quo longaeuus ille Sapor diem obiit supremum (cf. Ann. Marc. XXVII, 21, 1 ed. Wagner., Clinton. Fasti Rom. vol. II 260), eius breuiarium in graecum vertisse sermonem putandus est. Ab hac temporis, quo vixerit Paeanius, definitione proficiscentes accuratiora de eius patria, genere, vita indagare possumus. Libanius enim sophista<sup>3)</sup>, qui a. 314 Antiochiae natus primum in patria urbe, tum Athenis optimis studiis operam dederat, deinde omni litterarum genere egregie eruditus Constantinopoli, Nicomediae, Antiochiae scholas habuit et 81 ferme aetatis annos complevit, in novem epistulis Paeanium quendam commemorat. Hic Paeanius, natione Syrus, nobilique loco natus opibus florebat. (Cf. Libanii sophist. Epist. ed. J. Chr. Wolfius, Amstelaedami MDCCXXXVIII, ep. 1221. 1180. 1383) Libanii et Acacii (cf. ep. 1077. 1384, Suid. s. v. Ἀκάκιος, Sievers I. I. p. 276), qui annis 354 et 355 una Antiochiae scholas habuerunt, discipulus tantam sibi Libanii gratiam conciliaverat, ut hic iuvenem et propter animi candorem et propter bonitatem ingenii amicis vehementer commendaret scribens se beneficiorum in hunc collatorum non minus memorem fore, quam eorum, quae ipse accepisset. (ep. 1330). Anno 357<sup>4)</sup> primum<sup>5)</sup> iter ingressus Clematio, Palaestinae praefecto commendatur et Acacio, quem priorem institutionem grato animo recordans Caesareae tunc docentem iterum audire voluit<sup>6)</sup>. Postea ad Caesarium, praefectum urbis Constantinopolitanae, et ad Atarbium, qui Macedoniae praepositus erat, profectus est (ep. 1330. 1221). Tatiani Lycii, qui a. 388 a Theodosio praefectus praetorio factus est (cf. Zosim. IV, 45, Cod. Theod. XVI, 6, 2), filiam in matrimonium duxit,

3) Cf. lib. qui inscribitur: »Das Leben des Libanins von Dr. G. R. Sievers, Berlin 1868« cui multa eorum debeo, quae ad temporum rationes conditionesque hominum illustrandas spectantia hic proposui.

4) Clematium a. 357 Palaestinae praefectum fuisse inde colligitur, quod comparatis inter se epistulis Libanii 320. 321, 352. 353, 510. 511 intellegimus, eodem tempore Sebastianum Aegypto praefuisse. Hoc ad a. 357 duosque qui sequuntur nos ducit: cf. Athanasii vita acephala. Ein Beitrag zur Gesch. d. Ath. v. Dr. G. R. Sievers, in: Zeitschr. f. d. hist. Theologie herausg. v. Dr. Kahnis. Jahrg. 1868. pp. 125. 153.

5) Cf. ep. 1384: Παeanίω δὲ νῦν πρῶτον ἀποδημίας πειρωμένῳ ποιήσον τὴν Παλαιστίνην γλυκεῖαν.

6) Cf. ep. 1383 δέχου τοίνυν ἀναπεπταμέναις ταῖς θυραῖς ταῖς τε τοῦ διδασκαλείου ταῖς τε τῆς οἰκίας, ὃν τοῖς λόγοις εἰρηφας καὶ τοῖς πρώτοις καὶ τοῖς δευτέροις.

unde aliquantum splendoris ei accedere Libanius praedicat (ep. 1077).

Quodsi sumimus Paeanium a. 357, quo musei Antiochensis subselliis relictis ad primum iter se accinxit, annos 20 confecisse<sup>7)</sup>, nihil obstat, quominus eum circa a. 379 i. e. anno aetatis 42 interpretationem Eutropii scripsisse iudicemus. Linguam latinam plerisque Asiae incolis tunc temporis ignotam fuisse Libaniumque ipsum odio Romanorum incensum eam tantopere aspernatum esse, ut ne epistulas quidem latine a Symmacho amico scriptas sine interpretis ope intellexeret, disertis testimoniis compertum habemus (ep. 366, 923. Himer. or. XIV, 28). Itaque rem non inutilem aggressus est Paeanius, cum breviarium historiae Romanae graeco sermone civibus suis explicaret, quamquam ne ipse quidem satis accuratam sibi linguae latinae cognitionem paraverat, sed compluribus locis peccavit in vertendo, ut in editionibus notatum est. Sunt vero nonnulla alia indicia, quibus nisus Paeanium Asiaticum fuisse affirmo; lib. IX, 2, 6 enim de Circesio dicit: *φρούριον δ' ἐστὶ τοῦτο Ρωμαίων εἰς ἐμὴ καὶ νῦν οὕτω καλούμενον παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμὸν*, de tumulo autem Hannibalis, quem apud Libyssam in finibus Nicomedensium fuisse Eutropius tradit, lib. IV, 2, 14 *καὶ ὁ τάφος ἐς τόδε ὄραται*. Hunc igitur tumulum aut ipse viderat aut extare a Libanio, qui per quinque annos Nicomediae degerat, erat edoctus. Itaque ratione subducta si Paeanium a Libanio laudatum unum eundemque esse contendimus atque interpretationis illius auctorem, omnes nos probabilitatis numeros explere neminem negaturum esse existimo.

Emendando Paeanio post Sylburgium imprimis Chr. Cellarius, S. Havercampius, H. Verheyk<sup>8)</sup> operam ita impenderunt, ut mendorum in editione principe non sublatorum alius alia tolleret: meliora artis criticae subsidia nemo adhibuit. Ego vero cum ab Eutropio, cuius codicem Gothanum denuo excusseram, ad Paeanium deducerer, librorum mss. ope textus graeci lacunas me expleturum esse sperabam. Et primum quidem codicem Monacensem, qui ab

7) De aetate discipulorum scholas sophistarum obeuntium vid. Sievers l. l. p. 20.

8) *Νεογύτιου Λουκα* editionem, quae prodit Vindobonae a. 1807, mihi non contigit videre, quamquam eam compluribus in bibliothecis quaesivi.

Ignatio Hardt inter codices graecos mss. electoralis bibliothecae Monacensis CI recensetur, ipse contuli, cum Carolus Halm v. d., qua est liberalitate, eum Gotham transmittere non dubitaret. Hic codex „chartaceus, charta solida et laevi, titulis et initialibus rubris, caractere minusculo et eleganti, in folio, cum correctionibus marginalibus, saec. XVI, foliis 307 constans, optime conservatus et inscriptus“ in foliis L prioribus Paeanii versionem exhibet, sed eam l. VI, 9—11, VII, 3—4, X, 12—18 lacunis iisdem laborantem, quibus Sylburgii liber deformatus erat.

Non melius res successit, cum amicus quidam a me rogatus in bibliothecis Romanis integrum Paeanii exemplar quaereret; illic enim omnino nullum asservatur. Et ne is quidem liber, qui in bibliotheca Laurentiana (cf. Catal. codd. gr. ed. A. M. Bandinius tom. II p. 663) plutei LXX codex V est, integrum Paeanium continet. Cum vero Rudolfus Schoell amicus benignissime mihi polliceretur, se hunc codicem, qui saeculo XV exaratus est, meum in usum excussurum esse, bis subsidiis munitus aliquid ad emendandum Paeanium mihi collaturus esse videbar. Itaque discrepantias scripturae librorum I. et II cum Sylburgii editione collatorum R. Schoell mecum communicavit; cumque maximam inter Laurentianum, quem L. littera et Monacensem quem M. littera notabo, similitudinem intercedere viderem, de XL locis reliquorum librorum mihi suspectis edoctus, ne amici otio abuterer, totius codicis collationem confici nolui. Annotationes eas, quae in L. et M. margini inscriptae inveniuntur vel ad tempora, vel ad res narratas vel ad Plutarchi vitas parallelas referendae, quippe cum nullius sint pretii, omissa sunt. Compendia scribendi, quae pauca inveniuntur illiusque temporis propria, non notavi; iota subscriptum fere ubivis desiderari semel monuisse sufficiet. In describendis scripturarum discrepantiis, ut chartae parcatur, libri S. scripturas paucis locis adieci, quippe quas facili negotio quilibet in editis inveniat. Ea vocabula, quae in L. et M. vel integrius servata vel ad supplendam codicis S. orationem necessaria sunt, asteriscis notavi.

*Παιανίου μετάφρασις εἰς τὴν τοῦ εὐτροπίου ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν* L. M. S. — S. p. 63. 10 *κατεβάλλειο ῥωμύλλος* L. M. — 14. *τοῖς ποιμαίνουσι* L. M. *ποιμαίνουσι* et *ποιμέσι* S. — 19. *τριακο (σιο)σιῶ σιο* add. m. sec. L. *τριακοσιοσιῶ* M. S. — 20. *ἐαντοῦ* L. M.\* — 23. *σενάτορας* L. M. — 64. 4. *τὰ ante*

γεινιωνια add. L. M.\* — 8. και νιναῖοι L. M. — ῥωμύλλον L. M. — σενάτορες L. σενάτορες M. — 20. β in margine = cap. II. L. M. πομπήλιος L. M. — 23. νόμους τε L. M. — 25. ἱερὰ τε M. — 41. μάρκος L. M. — 65. 1. πρώτος τε L. — 4. post ἐναυτοῦς add. ὑπο τῶν ἄγκου παιδων ἀνηρέθη παρ' οὐ τὴν βασιλειαν αὐτὸς | ἀνεδέξατο L. M.\* — 6. σεροῦλλιος L. M. — 9. ἐσκυλλῆνω L. M. — 19. σφαγεῖς L. M.\* — 26. ἀρδεων L. M. — 27. τὴν

ἀρχὴν om. L. M. S. — 44. οὐ τῆς L. αὐτῆς M. ὄν τῆς S. — 48. τῷ δὲ ὥστε χρόνῳ. L. M. — 41. in margine: ἀπο κτισ ῥώμης ἕως τελους τοῦ<sup>ου</sup> τῶν βασιλέων καὶ ἀρχῶν τῶν ὑπάτων εἴη σμγ: M. S. — 48. ὥστε ante χρόνῳ add. L. M. — 66. 12 post τὴν add. ὑπάτων οὖν τὴν M. — 18. ταύτη post Ῥωμίῳι add. M.\* — 38. ἐνιαυτῶ . . . . βασιλείας, quae ommissa erant, in margine addidit eadem manus L. — 41. τουσκῶλω L. M. — 41—44. καταπλαγεῖς . . . . Ῥωμαίων eodem modo transposita L. M. S. — 41. λούκιον pro Μούκιον M. — 67. 4. ἐπέθησαν M. — 14. μόνος M. — 17. δικτάτορι L. M. — 19. τὴν νῦν M. — 30. ἀπέσχεν L. M. — 31. αὐτῷ L. M. — 45. βειουλλαν L. M. — 68. 15. κατὰ τὸ ἄλκιδον L. κατὰ ἀλβιδον M. — 24. Ῥωμύλλον L. M. — 28. μετεβάλλετο L. — 31. διαγνωόμενοι L. — 34. ἄλκιμον L. M. — 41. Βεελιοῖς . . . . Τουλουμνῶ in margine L. — 45. Αἰμίλιος M. — 69. 7. ἦτιον man. I. ἦτιω man. II. L. — 8. εἶσχον L. M. — 12. ἐνδεκάτῳ L. M. S. — 14. ἀντάρατος L. M. — 17. φρουρίος L. M. — 31. τριακοσιῶ m. I σιο inserit m. II. L. — 43. δεκύντιος L. — 44. πρενεστίνους L. M. — προφυλάκων L. M. — 46. ἦξατο L. M. — πρενεστηνῶς L. M. — 70. 3. post ἐπὶ πολὺ add. τῶν L. M.\* — 9. γενυκλου M. — κίντου L. M. — 11. ῥωμύλλον L. M. — 12. γάλλων m. I. γαλατῶν superscr. m. II. B. γάλλων superscr. γαλαῖτ M. — 16. μανηλιος L. M. — 25. δικτάτορος L. — 41. φρουριου L. M. — 44. στρατιωτῶν L. — 47. οὐαλλερῶ L. M. — 71. 1. ἀπο om. L. M. — 4. ἐκλήθη L.\* ἐληθη M. — 20. λοιπὸν L. M. — 24. δικτατορίας L. — 27 ἦ ante δυναστεία add. L. M.\*. δικτάτορι L. M. — 31. δικτάτορος L. M. — 34. τῇ δὲ m. I τῇ τε m. II. L. τῇ τε M. — 34. δὲ τῇ . . . . 36. ἐκινήθη in marg. M. — 37. τίτιου L. M. — 43. αἰρεῖται . . . . | χῆ m. I αἰρεῖται ἤγουν τιμητῆς ἀρχῆ

m. II L. — 45. κήσσορος . . . κήσσορες . . . κενοῖς L. M. — 48. μέντοι L. M. αὐτῶ L. M. — 72. 5. καὶ τρισχίλους L. M.\* — 6. λήτατος L. M. — 9. ζουφνός M. — 15. τούτω L. M. — 22. ἰστιάτω m. I ὑσιάτω m. II L. — 33. λεινανός m. I λουιανός corr. m. II. L. λευϊανός M. — 34. ἅπαν αὐτοῦ L. M. — 42. λούνιος L. M. — 45. εἰ ante τοιούτοις om. M. — 47. λουκάνοι L. M. — 73. 2. πρένεστον L. M. — 21. κιννάεας L. M. — 29. ἀφέντας M. — 31. ἄλλον M. — 37. κιννάεαν L. M. — 42. δεκείω L. M. — 43. πίπτονσι τὲ, τὲ add. m. II. L. — 43. εἴκοσιν L. M. — 74. 5. ἔσιν . . . 7. πρέποντος in marg. add. M. — 16. πολεμῶ M. — 23. λικίνιος — καμιλλας L. M. — 29. πίκτορος L. M. — 31. ἐμπρωτίου L. — 32. ὡς καὶ . . . 34. ὠκοδομήθησαν in marg. add. man. II. L. — 34. ἀρμιῆνος τὲ — βενεβενδός L. M. — 35. καὶ δηγούλου καὶ νικίου ἵουνλου λίβωνος L. M. — 36. σελλαντινων L. σαλλαντινων M. — 42. δὴ τῆς L. M. — 47. ἐκάτερον L. — 75. 5. τρίτων L. — 11. ἐτι m. I, ἔτει m. II. L. — 12. ἄφρους superscr. καρχηδονίους M. — δάμφει m. I. ῥάμφη m. II. L. — 26. ὕδασιν L. — 29. ἐν ᾧ M. — 30. Ἀκκυλίου L. M. — 40. τεσσαρες m. I. corr. — ας m. II. L. — 43. καλχηδόνα L. — μανηλιος L. M. — 45. ἐπ' αὐτοῖς τῆς L. M. — 46. ὀκτῶ τὲ L. M. — 47. post ἑβδομήκοντα erasum τε L. — 76. 3. ἀπεκαλέσαντο L. — 11. ἐρβλίιος φουλβίος L. M. — 14. συμμιζαντε — ς add. m. II. L. — 20. δουλεῦσαι L. — 28. οὐδὲ τοῦτο m. I. οὐ μὴν τοῦτο m. II. L. — 31. παρασκευάσαντο M. — 32. οἱ σὺν ἐξῆς L. M. — 36. διέφθειρεν L. — 40. ἐξέβαλε L. M. — 43. καὶ κίλου μετέλου καὶ γαῖου φρουρίου L. M. — 77. 22. ἀποπεμφέντων L. — 25. ῥωμαίων L. M. — 28. καταπράξιαιτο L.\* καταπράξιαιτο M. — 30. ποντίφεξ L. M.\* — 37. συμβουλων m. I. συμβόλων m. II. L. — 38. αὐτ' ῥωμαῖοι om. οἱ L. — 42. ἐπ' αὐτῶ γὰρ τῷ χέρσῳ m. I. corr. m. II. L. — αὐτὸς pro αὐλός L. M. — 78. 13. ἀπήγειλαν m. I. ἐπ . . . corr. m. II. L. — 18. πράσεως bis scriptum, alterum del. m. I. L. — 24. μάλιον corr. μάλλιον m. I. L. — 26. καὶ τούτων ἐκάτεροι κατόρθωσαν L. M. — — Lib. III. p. 79. 1. παραχειροῦντες M. — 6. τίττου M. — 12. ζωμίλλον. — 18. αἰμιλλίου constanter cum spiritu asp. — 19. γάλλων superscr. γαλατ. — 23. σύμπνια. — 25. γάβιος αὐτὸς καὶ. — 27.

αὐτοῦ. — 29. καὶ τὴν νίκην. — τοῦτο τοι ψήφω. — 46. Ἰσπανίας in marg. γρ. ζακανθῆ. — 80. 25. τοῖς ἄφροισι σκηπίων in marg. add. ὁ πῆρ τοῦ σκηπῆ. — 35. καὶ κ̄ = ἑξοσι. — 45. ἀναβάλεσθαι. — 47. παρένεσι εἰκύνθη. — 81. 1. λόγον. — 26. αἰκισιάμενοι ἅπαντες διεκρήσαντο. — 31. Ἰσπανίαις semper cum spir. len. script. — 41. νόλαν. — 82. 17. μάλιος. — 45. ἔκουσας.\* — 83. 27. παρακταθέμενος. — 32. πεπραμμένων.\* — 37. σκηπίωνι ἐν Ἰσπανίαις. — 47. εἰς Ἰταλίαν superscr. ἐκ λιβύης. — 84. 3. σαλινάτορος. — 14. καὶ κίλλω δὲ οὐαλερίω. — 26. πανολεθρία. — 43. ἀπελθεῖν. — 85. 43. φλάμμιος. — 47. αἰχμαλώτους καὶ προσήλυδας.\* — 86. 3. αἰτήσια. — 13. ἀνεφύη. — 16. χαλκηδόνας. — 26. αὐτοῦ. — 31. πρὸς \* πύλω. — 87. 3. πουστουμίου. — 4. μάρκου. — 18. ἐπεκέκλητο.\* — 31. αὐτῶν. — 39. ἡμέραις.\* — 88. 42. post ἔχων add. σκηπίων.\* — 46. μὲν αὐτῶν. — 89. 5. ἐπέθνησκεν. — 90. 5. ἐν νῶ λαβεῖν.\* — 7. οἰκοίων. — 12. μαγκίνος.\* — 91. 2. ἐνδέχεται δὲ. — 8. ἦκε . . . 10. τῶντον in marg. — 24. διτόνιος. — 28. καὶ τριακοστοῦ om. — 30. νάρκωνα . . πάλιν. — 32. καὶ βολᾶς. — 40. καὶ ante κατὰ add. — 43. νομιδην. — 46. καπούριος. — 92. 30. μανήλιος. — 93. 19. ἀπεθρασύναντο. — 25. ἐρένιος. — 94. 10. ἀρμενίας. — 43. ταῦτα τὸ. — 47. ἐπήγγειλαν. — 95. 11. τὴν οὐσίαν τε. — 28. ὑπάτους . . . 30. ἐτέρους in marg. — 96. 24. δελσαντος. 25. τοῖς in marg. — 26. παμφύλλας. — 31. ἀνηραίθη. — 97. 9. τούτων τῶν. — 37. πολεμοῦντα. — 98. 1. λικινίου. — 2. περιβαλόνταις. — 28. αἶρει μάχαις (πόλιν scripsit delete μάχαις vocabulo m. II.) in marg. ἄλειπ' φύλλ' α' m. I. L. αἶρει πύλιν, in marg. λειπ' φύλλ' α' M. — 99. 30. φάρναξ. — 31. ἠῦρατο. — 39. post πομπήλου haec add. τοῦ ἀρταξάτου φρουρίου δέκα καὶ ἕξ σταδίου· τὸ δὲ ἀρταξάτου φρούριον ἦν τοῦ τυγράνου. — 100. 29. ἐνάτω. — 39. ἀντωνῖνος. — 42. καὶ ἐννάτω. — 43. θριάμβοι μὲν. — 101. 2. βεβούλου. — 5. τοὺς σελβημιούς. — 42. ἐπήγγελ. — 102. 2. παρεσκεύαζε. — 7. καὶ . . . ἐχώρησε in marg. — 9. ἀφρόνιος. — 36. μικρῶ πρόσθεν.\* — 37. κηδεμῶν. — 103. 27. Ἰώωβαν. — 47. διαδοχὴν ἐκόντες. — 104. 12. ἀντωνίου. — 16. πάντες καὶ Ἰόριος. — 46 et 105. 8. καὶ βροῦντιου μετὰ τοῦτον nullo intervallo seiuncta. — 10. ἀγέλας.\* — 14. κα-

ἰόρθωσε . . . βέντιδος. — 39. κορνήλλιον. — 106. 13. κα-  
 θαρθέντι. — 18. κενδέλικος. — 36. εἰσχῆμα. — 40. ἐπιθυ-  
 μίαι. — 107. 10. ζάχην πρότερον. — 23. φυλάουρος. —  
 40. πρέπον. — 47. τὸν θεῖον superscr. γάϊον. — 6. ἤλασεν. —  
 10. μὴ δέ. — 109. 7. ὀλόντην pro ὀδὸν τὴν. — 30. κησα-  
 μένων. — 37. αὐτοῦ. — 43. δεδήλωται. — 110. 9. post  
 οὐεσπασιανὸς add. οἶος τοῖς σφόδρα sed rursus del. — 18. μὴ  
 δέ. — 37. τῶν τε μὴν. — 47. γενεθλιαλογήσας.\* — 111. 3.  
 post ἐτελεύτησε δέ add. ἐνάτω και ἐξηκοσιῶ τῆς ἡλικίας ἔτι τῆς  
 βασιλείας δέ.\* — 43. καλιγούραν. — 112. 13. τὲ ἐπὶ. — 19.  
 κατωρύξαι. — 113. 10. ἰστρον. — 17. ἰβήρων . . . 18. βα-  
 σιλείοντας in marg. — 19. ἀρδουκίων. — 26. συριαν. —  
 35. παρ' αὐτοῖς. — 46. ἐτελεύτησέ τε. — 115. 10. πομπη-  
 λλω. — 12. αὐτὸν. — 19. μὴ δέ μιαν. — 38. σολενίνος. —  
 39. οὐκρος. — 41. δέ om. — 45. δῆ. — 116. 7. ἀπ' ὀχῆ-  
 ματος. — 17. αὐτῶν. — 20. παρακέλμασι. — 34. φυλαγα-  
 θίας. — 117. 5. αὐτῶν. — 9. συναχθῆν.\* — 12. μὴ κατα-  
 σχεῖν. — 45. post στρατιωτῶν add. αὐτὸν.\* — 118. 3. ἴδικτον.  
 — 25. ἀδιαβενικός. — 29. καίσαρ. — 33. ῥητῶρων. — 34.  
 βρετανούς. — 46. πρὸς λαβῶν. — 119. 5. ὀσδροκνής. — 9.  
 ὁ φίλιος. — 15. ὅς om. — 16. post ὦν add. ὡς. — 31. διο-  
 μοθέτης οὐπιανός. — 120. 10. νῦν τῶν μὲν. — 24. βαλβια-  
 νός. — 26. τρανκίλλαν. — 28. μίσου. — 46. μονδαλας. —  
 121. 1. λουτρόν τε τῆ θώμῃ κατεσκεύασεν. — 7. ὀστυλιανός. —  
 14. αἰμυλιανός. — 18. ῥητείας. — 23. δυστυχίαι. — 25.  
 ῥαβαίνης. — 40. ἰστρον. — 45. ἰσπανίας. — πόλιν bis script.  
 — 122. 4. κατόρθωσεν. — 6. τυρανῆσαντο. — 7. αἰλιανῶ. —  
 21. ἀγαγόντες. — 28. ἐκλειπόντος. — 34. ἰστρον. — 46.  
 ante παρῆλθε iusertum οὐτος del. ead. m. — 123. 2. ῥιπενσίας.  
 — 5. ἰστρον. — 8. τεγρίκου. — 12. ἴ. ἀθραλοῖς. — 19.  
 ἀπήγαγε. — 25. δὲ καὶ αὐτὴ μικρὸν βιώσασα. — 29. καὶ μὴν  
 κλιουτὸν χαλκόν. — 33. αὐτὸν. — 35. δὲ καὶ \* γερόνσιος in  
 marg. ° ἐκ τῶν τῆς.\* — 37. παντι. — 42. πάλις. — 45. κα-  
 τωκισθέντας. — δακλας. — 46. μυσίων. — ἰστρον. — 124. 4.  
 φθόνος. — 8. ἡρακλείας. — 11. τάκης. — 124. 25. ἐπέ-  
 γραψεν. — 32. δεήσας. — 34. αὐριλιανῶ. — 43. ἐπιφανέ-  
 στατος. — 125. 1. περικλάσας. — 19. post στρατιὰν add. ἄν.  
 — 28. εἰσιν. — 35. τὰ παρὰ γελβίκων. — 126. 11. ἐρκουλ-



λον. — 12. θεοδώρα. — 23. τὴν βρεττανῶν ἔνδεκα. — 37. τοὺς δὲ λοιποὺς. — 39. πάσης τῆς βασιλευμένης. — 45. τῆς εἰς. — 47. συλλεξάμενος. — 127. 24. τῶν add. post ἑαυτὸν.\* — 44. ἐνκομηθεῖα. — 45. μενδιολάνω. — 128. 10. tituli loco βασιλεῖα γαλεριίου καὶ κωνσταντίου ποῦ π<sup>ο</sup>τὲ τοῦ μεγάλου κωνσταντίου: — 11. ὁ μὲν οὖν ἐπαύσατο. — 16. τὰς μὲν γαλλίας καὶ. — 17. κωνσταντίου. — 19. καὶ ante χειροτονοῦνται add.\* — 129. 1. κωνσταντίου. — 18. περὶ καθεσθεις. — 19. προστεθέντων.\* — 44. μεμαχημένον. — 46. τέσσαρας. — 130. 22. αὐτῶν. — 22. σπονδῶς τεθήμενος. — 37. τοῖς μύσοις. — 39. διαλάμψας. — ἐπεθύμη. — 45. λόγοις. — 47. ὑπὲρ τοῦτου. — 131. 3. τὲ αὐτοὺς. — 5. περιουσίας in marg. add. — 19. αὐτῶ. — 41. τοῦ κατὰ τῶν περσῶν βασιλεύοντα. — 132. 2. πρεσβεύτην. — 10. βρετανίωνα. — 12. ἐγίνετο. — 26. post τοῖς κοινοῖς add. ζημίαν L. M.\* — 27. εἰ πρὸς ἄλλο ζῆται τὸ λεῖπον M. ζῆτι τὸ λεῖπ L. —

Eiusdem familiae hos tres libros mss. esse patet, nam non solum iisdem omnes lacunis laborant, sed etiam pleraeque corruptelae omnibus communes sunt. Iam vero dubium esse non potest, quin M. a L. originem duxerit. Librarius enim, cuius manu M. liber exaratus est, tantae erat diligentiae, ut ubi vocabulum vocabulo superscriptum vidit, id accurate depingeret — p. 70. 12 —, in nominibus propriis scribendis ab archetypi litteris fere nusquam discederet, voculam paene nullam omitteret. Quae cum ita sint, e L. collatione ad finem perducenda non multum commodi redundaturum esse credo. S. ex eodem fonte derivatus, sed minore cura adhibita scriptus est; nam non solum singula vocabula, sed enuntiatorum partes non paucae — cf. e. c. 64. 4, 70. 3, 85. 47, 111. 3, 117. 45, 132. 26 —, quae cum in L. et M. inveniantur, nunc addi possunt, in eo desiderantur.

Iam de locis nonnullis agam, quorum menda editores aut fugerunt aut iustam medelam non nacta sunt. Ante omnia autem tenendum est, Paeanium Eutropii verba vertisse, non suo ingenio fretum historiam condidisse, itaque utriusque verba sibi respondeant necesse est; nam de erroribus, Paeanii, quos sat multos notaverunt viri docti, et de additamentis, quae infra explorabimus, nunc non agitur.

IV, 1, 4. Uno iota adiecto efficietur, ut Paeanii interpretatio textus Eutropiani sententiam ad amussim reddat. Pro iis enim, quae nunc leguntur ὡς δὲ καὶ τοῖς ἑξῆς ἐνιαυτοῖς διδόναι φόρον, suadeo, ut scribatur ὡς δὲ καὶ ἰ' τοῖς ἑξῆς ἐνιαυτοῖς κτέ., apud Entropium enim legimus, per annos decem. Similiter III, 4, 2 non ἱππέων δέκα, sed ἱππέων ἑνδεκα genuinum esse videtur, quia libris mss. latini plerique XI praebent.

IV, 1, 5. Μεταστήσας δὲ ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ὁ Φλαμνίος τὴν στρατιὰν κρατεῖ τε αὐτῶν μάχη καὶ τὸν στρατηγὸν ἀρεῖ καὶ συνθήκας, ἃς ἐβουλήθη, ποιησάμενος ὑπὸ σπονδ (sic L. M. S.) θριαμβεύων εἰς τὴν Ρώμην εἰςῆλθε. Ad hunc locum, quem etiam in suo libro ms. imperfecte scriptum invenerat, Sylburgius haec annotat: „legi potest ὑπὸ σπονδαῖς, vel ἐπὶ σπονδαῖς: vel plenius etiam, ὑποσπόνδους τε λαβῶν“. Virum doctum verum non vidisse mihi persuasi, sed comparatis talibus locis, quales sunt ὑποσπόνδους ἐποίησεν VI, 14, 4, ὑποσπόνδους ἐποίησατο VIII, 2, 6 latino textu iubente ὑπόσπονδον scribendum esse pro certo habeo, post καὶ particulam vero καὶ praepositio videtur inserenda esse.

VI, 10, 5. Μιθριδάτης . . . τὴν τε βασιλείαν ἐξήκοντα κατὰσχὼν ἔτεσι, τῆς δὲ ἡλικίας προβάσῃς ἑβδομήκοντα καὶ δύο. Orationis concinnitas postulat, ut utrumque participium nominativo casu ad Mitbridatem referatur; scribendum igitur est προβάς εἰς . . . cf. VII, 14, 9, VIII, 8, 1.

VII, 5, 4 in L. M. S. legitur: καὶ προσετέθη τοῖς ὑπάτοις οὓσιν Αἴγυπτος τε (sic) καὶ Καλαβρία Λαλματτα τε ἐπὶ τούτοις. Mira argumentatione Sylburgius p. 909 locum corruptum tueri conatur dicens „τοῖς ὑπάτοις οὓσιν, videtur accipi posse pro τοῖς ὑπατείουσι, consulatum gerentibus“ simulque ad Cassium Dionem (LIII, 12) provocat, quem secutus decem illas provincias pacatas ab Augusto senatui Romano concessas enumerat. Quo in numero Aegyptus non est, quam Augustum sibi seposuisse Tacitus auctor est (cf. Marquardt Handb. d. R. Alt. III, 1, p. 210). Itaque iam non est, cur Sylburgii alteram coniecturam (τοῖς ὑπατικοῖς οὓσι) vel tertiam: (τοῖς ὑπ' αὐτοῖς οὓσι) pluribus verbis refutem. Ne multa: Paeanius Eutropii verba „Romano adiecit imperio“ graecis expressit hisce: προσετέθη τοῖς ὑπακούουσιν cf. πολλαὶ τῶν πόλεων ὑπακούειν ἐπετάχθησαν IV, 2, 11, III, 1, 5, V, 2, 1, τὸ ὑπήκοον ἄπαν VII, 13, 9.

VII, 15, 3. De Domitiani crudelitate haec dicta sunt: ἐπλήρωσε δὲ καὶ ἔμφυλλον τὰς χεῖρας αἵματος τοὺς ἀναιτίους ἀνελῶν. Debebat ἔμφυλλον vox, quae consanguineum designat, admonere editores non omnia sana esse, si Eutropii verba (consobrinos suos interfecit) non satis magnam ad mendum tollendum vim habebant. Scriptum scilicet erat ἀνεψιούς, quod librariorum incuria in ἀναιψιούς depravatum — cf. κενοῖς II, 4, 7, παρένεσον III, 5, 3, αἰτήσι III, 10, 5, ἀτηραθή VI, 1, 3, περιβαλόνταις VI, 6, 4, Ραβαλίης IX, 6, 4 — postea in ἀναιτίους mutatum est.

VIII, 2, 2. Οὗτος στρατηγὸς μὲν ἐγένετο τοῦ πρὸς Γάλλους πολέμου στάντος ἐν Ἀγριππίνῃ. Haec verba nullius editoris suspicionem moverunt. Attamen ista loquendi formula, quae est ὁ πόλεμος ἔστη, ut a Paeanio hoc loco unico usurpatur, ita ab aliorum quoque, quod sciam, scriptorum consuetudine abhorret. Sed quoniam legimus: πόλεμον, οὗ συστάντος I, 1, 4, πόλεμος συνέστη III, 1, 8, IV, 9, 2, VI, 16, 1, VII, 7, 1 etiam hoc loco πολέμου συστάντος scribendum esse intellegimus, praepositio enim ut periret, ου et συ syllabarum similitudo effecit — cf. οἱ σὺν (pro οὖν) ἐξῆς II, 13, 1 L. M. — Eodem modo oblitteratae praepositiones revocandae sunt X, 4, 4, ubi legendum est κατέφυγεν, ἀνεῖλέ τε pro εἰλέ τε et IV, 3, 7, ubi genuinum est ἐγένετο δὲ τὸ ἔργον (ἐν) ἡμέραις τριάκοντα.

VIII, 8, 1. Quae leguntur ἐβδομήκοστόν τε ἰὼν τῆς ἡλικίας ἔτος recto talo stare nego. Quamquam enim F. Kaltwasser illam constructionem (λέναι εἰς ἔτος) adiecta praepositione nostri sermonis similitudine et explicat et defendit, tamen non adducor, ut eam graecam esse concedam. Me igitur auctore pro ἰὼν rescribatur ἄγων, ut est τῆς ἡλικίας τρίτον καὶ ἑξηκοστόν ἄγων ἔτος VIII, 2, 16, III, 11, 1, V, 6, 2, IX, 7, 5.

Etiam alia, quae ad Paeanii verba emendanda pertinent, in eius opusculo lectitando notavi. Forma enim, quae legitur I, 2, 1 ἀνερρέθη ut ab Atticorum more, ita a Paeanii consuetudine aliena est; incuria librariorum VIII, 9, 2 γεφύρη forma ionica, quam immerito editores intactam reliquerunt, illata est; saepe quidem μάχην νικᾶν dixit Paeanius, sed nusquam νικᾶν τινα μάχην nisi VI, 11, 4, ubi scribendum est Ὀρόδην μάχην νικήσας. Sed haec, quae satis magnis argumentis confirmant, Paeanium poetico quidem dicendi genere. — cf. τὰς σπονδὰς παρασαλεύειν, ῥάπτειν ἐπιβουλάς,

alia —, sed ab atticismo non multum abhorrente usum esse, hoc loco non pertractabo, quippe quae futuro cuidam Paeanii editori melius reserventur.

Iam de origine atque indole additamentorum, quibus interpres Eutropii breviarium locupletavit, mihi pauca dicenda sunt. Etenim haud raro Paeanius munere interpretis scriptori, quem sibi elegerat vertendum, sese addicentis spreto propriae doctrinae periculum facit, quod quantopere nos in Paeanii et aetate et patria exploranda adiuverit, supra perspeximus. Ea autem, quae de suo addit Paeanius ita comparata sunt, ut aut ornandi amplificandique causa adiecta nihil novi contineant, aut quae sint vocum latinarum significationes, homines huius linguae ignaros edoceant<sup>9)</sup>, aut magistratum Romanorum vim ac potestatem definiant, aut res ab Eutropio non narratas cum legentibus communicent. De ultimo genere primum agamus fontem, unde sua hauserit Paeanius, indagaturi.

II, 10, 8. De Cn. Cornelio, C. Duillii in consulatu collega, quem Eutropium „fraude deceptum esse“ memorat, haec scribit: *κρατῶν γὰρ τοῖς ὀπλοῖς δόλω τῶν Ἀφρων, ὡς αὐεὶ σπονδὰς αἰτούντων, τῆς αὐτῶν ἐπιβῆς τριήρους συνελήφθη καὶ δεθεῖς ἀπήχθη.* Idem perfidiae punicae documentum legebatur in Livii libris (cf. Perioch. l. XVII. Flor. epit. l, 18. Oros. IV, 7) repugnante Polybii narratione (I, 21). Sed quoniam verisimillimum est, non Latinos scriptores lectitasse Graeculum, sed libros vernacula lingua scriptos adiisse, Zonarae verba iuvat apponere scribentis: *Βόδη; . . . προεκαλέσαιο αὐτοὺς εἰς σπονδὰς . . . καὶ πείσας ἀνεβίβασεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ τριήρη τὸν τε ὕπατον καὶ τοὺς χιλιάρχους ὡς τῷ ναυάρχῳ ἐντευξομένους. καὶ τούτους μὲν εἰς Καρχηδόνα ἀπέπεμψεν.* Quibus inter se comparatis Cassio Dione auctore, cuius historiam Romanam a Zonara exscriptam esse<sup>10)</sup> constat,

9) Cf. I, 1. 2 *σνάτορας αὐτοὺς καλέσας κατὰ τὴν Ἰταλῶν φωνήν, ἐπειδὴ σένης ἐκεῖνοι καλοῦσι τοὺς γέροντας*, similiter I. 6. 4 *superbus*, II. 3. 6 *Corvinus*, II. 15. 1 *auspicio* voces quid significant explicatur. IX. 9. 7 *monetarii* dicuntur *οἱ το νόμισμα διοικούντες ἐξ ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ καὶ μὴν κλιτοῦν* (L. M. scrib. *καὶ οἱ τὸν χαλκὸν μορφούντες εἰς δηνάριον*). *Miliaria σημεία* graece dicta, unde nomen habeant I. 3. 1 explicat, quae Paeanii verba ab Epiphanio Cyprio laudantur; vid. Stephan. le Moyne in *Variis Sacris* tom. I. p. 502.

10) In rebus gestis Romanorum narrandis Zonaram Dionem se ita addixisse, ut Plutarchi vitas nonnullis locis respiceret, Adolphus Schmidt

Paeanium illa narrasse censeo. — II, 14 de Regulo multa narrat, quae apud Eutropium non leguntur. Hic non opus est ad Zonaram, saeculi XII monachum confugere; exstat Dionis ipsius fragmentum Ursinianum (p. 377), in quo haec leguntur: ὠρκωσάν τε οὖν αὐτὸν πίστεσι μεγάλαις ἢ μὴν ἐπανήξειν, ἂν μηδέτερον αὐτῶν διαπράξῃται. Paeanius vero dicit haec . . ὄρκων, οὓς ἐδεδώκει τοῖς Ἄφροισι ἢ μὴν ἐπανήξειν, εἰ μὴ καταπράξαιτο (M.) τὰς σπονδάς. Mira hac verborum similitudine permoveor, ut etiam reliqua, quae in eodem capite de suo addidit Paeanius ad Dionem auctorem referenda esse existimem. Ea dico, quae leguntur §. 2 τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀντιβολοῦντας αὐτοὺς ὁ Φηγοῦλος καίτοι δέσμιος ὧν ἀπεωθεῖτο et §. 6 ὁ γὰρ ἀρχιερεὺς, ὁ καλούμενος παρ' αὐτοῖς ποντίφεξ<sup>11</sup>), οὐκ εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐπιορκίαν ἐκ τῶν ἱερῶν ἐψηφίσατο νόμων. Haec vero, nisi fallor, alibi nusquam inveniuntur (cf. Supplem. in locum libr. XVIII Livii c. LXI a Freishemio concinnata). — III, 10, 2 cum Eutropius M. Claudium Marcellum ab Hannibale occisum esse referat, Paeanius quomodo diem obierit, tradit dicens Μαρκέλλον περιπεσόντος ἐνέδραις. Haec quoque e Dione desumpta sunt; Zonaras enim scribit (IX. 9) ἄμφω οἱ ὕπαιτοι ἐξ ἐνέδρας περιστοιχισθέντες ὁ μὲν Μάρκελλος αὐτίκα ἀπώλειτο. — Ea quoque, quae de Mucio Scaevola, cuius Eutropius nullam fecit mentionem, dicit: Πορσήνας ..... καταπλαγείς τὸν Μούκιον ἐπιβάλλοντα τῇ φλογὶ τὴν δεξιὰν εἰκόνα τε γενόμενον ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας τῆς Ρωμαίων comparatis Zonarae (VII. 12) verbis ex eodem fonte hausta esse concedendum est.

Iam vero compluria eorum, quae Paeanius ad potestatem ma-

contendit (*Zeitschr. f. d. Alterth.* 1839. 30—36); etiam ea, quae Plutarchum redolent, ex ipso Dione hausta esse Henricus Nissen comprobavit (*Krit. Unters. ü. d. Q. der IV. u. V. Dec. d. Livius* p. 308—312). Nemo iam, opinor, Ducangio assentietur Paeanium a Zonara ad verbum saepe exscriptum esse dicenti (cf. Ducangii praef. p. XV in Zon. ed. M. Pinder. et not. tom. II. p. 646); similitudines enim illae in paucis vocabulis positae fortuitae sunt. Ea, quae Alexandri Severi imperio inferiora sunt e Dione continuato, quem primus edidit Angelus Maius, et Eusebii historia ecclesiastica hausta esse Schmidtus docuit l. l.

11) Ποντίφεξ vocabulum παροξύτονον esse, cum ultima syllaba positione longa sit, docet Goettlingius (*Allgem. Lehre v. Accent d. gr. Spr.* p. 276); itaque πόντιφεξ quod in editionibus legitur et Arcadii et codicis M. auctoritate utique corrigendum est.

gistratum Romanorum describendam dicit, cum Cassii Diouis verbis mirum in modum conspirant. Etenim in excerptis vaticanis (Scriptor. vet. nov. coll. ed. ab Angelo Maio tom. II. p. 528) haec legimus: *ὅτι τριβούνος ὁ δῆμαρχος λέγεται, ὁ δὲ δικτάτωρ αἰσυμνήτης, ὁ δὲ πραίτωρ στρατηγός, ὁ δὲ κήνσωρ τιμητής.* Paeanius vero I. 12. 2 dicit: *δημάρχους ἐκάλεσε, τριβούρους πληῖβις κατὰ τὴν αὐτῶν φωνήν,* et II. 4. 7 *Ἄππιος Κλαύδιος κήνσωρ αἰρεῖται, ἦγον τιμητής.* De dictatura vero haec habet (I, 11, 1) *αὕτη δὲ δυνατωτέρα μὲν τῆς μεγίστης ὑπατείας ἦν, ἔξ μῆσι δὲ παρετείνετο μόνον,* quibuscum ad verbum praene conveniunt, quae apud Zonaram (VII. 13) leguntur: *οὐκ ἐπὶ πλέον δὲ τῶν ἔξ μηνῶν ἢ τῆς δικτατορίας ἀρχὴ παρετείνετο.*

His ita disputatis dubium iam non esse censeo, quin Paeanius ea, quibus Eutropii breviarium graece versum augere et ornare statuit, si non omnia, at certe pleraque e Cassii Dionis historia Romana hauserit.

Restat, ut locos nonnullos commemorem, ubi ad emendanda Eutropii verba aliquid subsidii in interpretatione graeca mihi positum esse videatur. Sed ut simul perspiciatur, quae similitudo intercedat inter codicem eum, quo usus est Paeanius, eumque, qui quondam Fuldensis (F.), nunc Gotbanus est, amborum scripturas nonnullas partim corruptas partim genuinas in conspectum proponam reliquos codices iisdem quibus Henricus Verbeyk notis designans.

I. 1. post tradunt „anno“ add. Lugd. Bat. 1 F. *ἔτει* P. — 7. post Tarquinii „superbi“ add. Lugd. Bat. 1—5. F. *σουπέροβον* P. — 8. imperasset annos quattuor et viginti LC. L. F. *τετάρτω τε καὶ εἰκοσιῶ ἔτει τῆς βασιλείας* P. — II. 9. apud Furculas Caudinas angustis locorum conclusos om. F. P. — ib. Marcus Curius Deutatus F. cum aliis multis, P. — 12. qui (eum add.) cum consule sequebatur F. *ὀπισθεν αὐτῶ κατακολουθήσασιν.* P. — 16. Q. Gulinio F. *Κυλληνίου* P. — 19. Otacilio add. e P.: Crasso. — 22. Servilio Fulvio F. *Ἐρβίλιος* P. — 23. Servilius Scaepio F. *σκηπίων* P. — III, 18. Hannibal diffidere (iam add.) de belli coepit eventu Lugd. Bat. 1—5. F. *ἠρξάτο λοιπὸν Ἀντίβας μὲν οὐκ ἀγαθὰς ἔχειν κτέ.* (cf. ἐπὶ πολὺ λοιπὸν ἦν λαμπρὸν τὸ τῆς Ρώμης ὄνομα iam clarum II, 10. *λιμοῦ δὲ λοιπὸν*

συνέχοντος αὐτούς iam fame laborarent I. 20) P. — V, 7. sex milia eius occidit, sex milia cepit Lugd. B. 2. F. οὐ χιλιάδας μὲν ἔφθειρεν ἕξ, εἴλε δὲ τσαύτας ἑτέρας. — 8. insatiabili ira victorum consumpti sunt F. cum multis, κόρος οὐκ εἶχε τοὺς φονεύοντας P. — VI, 11. Appionis Lugd. B. 1. 3. 4. 5. F. P. — VII, 15. thermas, quae ante Neronianae dictae, nunc Alexandrianae appellantur F. λουτρὸν, ὃ νῦν Ἀλεξανδρειανὰς προσγοροῦνσι. Haec nominis forma tenenda esse videtur, in Cassiodori Senatoris chronicis enim (ed. Th. Mommsen p. 633 et 642) legimus: his cons. thermae a Nerone aedificatae, quas Neronianas appellavit; cuius odio mutato vocabulo nunc Alexandrianae nominantur (a. 64). His cons. Neronianae thermae Alexandrianae vocatae sunt (a. 227). Utroque enim loco cod. Monac. eam exhibet. H. Peter autem in Aelii Lampridii Alexandr. Sev. c. 25 fretus Palatini auctoritate et Bambergensis, in quo quidem antea „Alexandria“ scriptum erat, haec in textum recepit: aqua inducta, quae Alexandriana nunc dicitur. — VIII, 19. vallum per CXXXII passuum milia F. χάρακα περιέβαλεν ἐπὶ δύο καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν σημείοις ἐκτείνας αὐτόν P. — IX, 2. a Circenso F. τοῦ κερκησίου P. — X, 2. Diocletianumque etiam per litteras adhortatus est, ut depositam resumeret potestatem, quas ille irritas habuit. — Quae cum Paeanius hunc in modum graece reddiderit; ἀλλὰ Διοκλητιανὸς μὲν κατεγέλασε τῶν γραμμῶν, eum in suo libro haec invenisse liquet: quas ille irritas habuit. Haec vero non solum a linguae latinae consuetudine non abhorrent — cf. Plaut. Epid. III, 4, 83 me impune irrisum esse habitum —, verum etiam in Diocletiani responsum optime quadrant. Nam hunc quem Aurelius Victor (epit. c. 34) Herculio sic tradit rescripsisse: „Utinam Salonae possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto numquam istud temptandum iudicaretis“, ridendo iocandoque imperandi onus detrectavisse intellegimus. — X. 3. quae dolum viro enuntiaverat F. ἐπαγγέλλει τὸ τοῦ πατρὸς ἐγχείρημα P. verbum compositum igitur, huic loco maxime accomodatum in pristinam sedem reducamus.

Scripti Gothae.

Ernestus Schulze.